

*Ex probabili sententia arguitur, ut non debet visitationem etiam possit includi.*

revera oppositioni concessum spatiū, leuamini non est, cūm & molestia itineris eunt & redēunti, & oppositionis sint angustiae deuoranda. Pro quo & facit illorum sententia, quos adducit & sequitur P. Thomas Sancius *supr.* Dub. 104. vbi ait debet visitationem per totum annum non residentem ecclesiis tē posse frui diebus, quos vocant de Recole, vacatio- nis scilicet: nisi per Ecclesiae statuta, aut consuetudine aliud habeatur. Eorum ergo ratio spe- cialis habetur; quidquid de absentia ex aliis cau- sis sit. In hoc autem obseruandum illud, quod Pius V. in similibus admonitus, Diuo Carolō re- scribens, eius rescripti generalem dispositionem esse tenet Bonacina *Diss. 2. citat. Quest. 5.* *Puncto 3. 5. 8. num. 4.* qui num. 3. illius tenorem apponit. Concedens enim ut Præbendarij, dum visitant, vel alteri spirituali negotio ex commis- sione Prælati vacant, distributiones obtineant, sic addit: *Dummodo ipsi Vicarii intra fines sui Vicariatus maneant, & prætextu exercendi officium, non vagen- tur solatii causa.* Sic ille. Non est autem iusta causa, si ob dicendam Missam ex devotione ab- fit, vt cum aliis tenet Dom. Villaroel *Quest. 8.* *Art. 2. num. 5.* & Trullench *Liber. I. Dub. 12. §. 4.* Quia licet sanctissima occupatio sit, anteponi potuit, aut postponi. Quod si tempore officij devotionis occasio vrget, aut interesse illud Deo sacrificet, aut devotione obligationem præferat, sciens melius esse obedire, quam sacrificare.

*Missam ex deuotio- nere celebrare non esse ta- lem.*

*Bonacina non sibi co- stans do- crina.*

*Bonacina non sibi co- stans do- crina.*

*Interessen- tibus cur- non debet id haber- molestum.*

*Cap. Char- ritarum 12. q. 2.*

sim visitare. Pro quo Dom. Villaroel *Ques. 2.* *Articul. 8. numer. 15.* Non ex ratione ab eo ad- ducta, sinistra informationis; verissimè enim est Regium Consilium informatum. Sed quia vtcumque id se habeat, labor est idem, & trans- gressio non Visitatori, sed Episcopo adscribenda, cui nulla est apposita poena: & potest in hoc ra- tione peculiaris necessitatis, cum iustificatione procedere, vt non videatur in illa locum habere Regia dispositio.

79. Est autem idem dicendum, de Præben- dario, quem Episcopus secum ad visitandum ad- ducit, eo quod illius operā videatur indigere. Pro quo est Cap. *Ad audientiam*, de Præbendis *vbi sic Honorius III. Decernimus ut duo ex Cano- nicis Ecclesia memorata in tuo seruicio existentes, sua- rum fructus integre percipient Præbendarum: cum absentes dici non debeant sed præsentes, qui tecum pro tuo, & ipsius Ecclesia seruicio commorantur.* Sic Pon- tifex: cuius decisio non est ad Canonicos coar-

ctanda, sed ad Præbendarios quoslibet exten- denda, ob adiunctam rationem: quod scilicet absentes dici nequeant, sed præsentes; & quia quod ad seruicium Episcopi & Ecclesia attinet, in aliis potest similis commoditas inueniri. Est autem illud in vsu; pro quo Zerola verb. *Capitulum. 5. Ad nonum. Trullench supr. §. 2. num. 2.* distributiones, cum non sunt distinctæ, conce- dens, & Barbosa *Allegat. 53. num. 143.* licet sint qui negent apud euudem, inspecta hodiè vber- te fructuum Episcopaliū & multitudine perito- rum: qui à vero non videntur aberrare. Vi- *In Indiis quomodo locum ha- bere posse?*

deutur autem in Indiis duorum Præbendariorum absentia ex prædicto titulo minime sustinenda, nisi breue per aliquod tempus, quia non potest non in diuini cultus detrimentum redundare. Pro quo est id, quod haber *Glossa in citat. cap. verb. 7. 2.* *Si vero plures essent, priuaren- tur: & credo hoc statutum suffisse, ne in fraudem hoc aliqui procurent, & Ecclesia seruitorum diminueretur propter illorum absentiam, &c.* Sicur ergo tres ne- quit Episcopus in seruicio dicto retinere, quia sic Ecclesia seruitorum diminueretur, ita nec duos in Indiis, vbi specialis ratio est, ob Præbendariorum ex prouisionis dilatione defectum, & illorum alia paucitatem, comparatione aliarum Ecclesiarum; quamvis in Ecclesijs aliquibus competens numerus inueniatur; & quia comitantum Episcopum diuturnior absentia est, ob distantiam populorum, & impedimenta viarum. Quod post hæc scripta probari video à Dom. Villaroelio *Quest. 2. Artic. 7. numer. 7. & seqq. & numer. 37.* Vbi limitat si Ecclesia sint locupletes, & nu- merosæ.

### De Canonico Magistrali.

80. *M*ulta de illius protuisione apud Dom. *Circa for- Barbosam Allegat. 56. & apud Nico- mam pro- laum Garciam Parte 5. Cap. 4. num. 153. & seqq.* *& ex eo apud P. Palaum Tractat. 13. Diss. 3. Puncto 3.* quæ quidem communia sunt, & ad Indicum nihil speciale conferunt, sicut & quæ ibidem de Canonico Doctorali ab eisdem scri- ptoribus congeruntur. Pro quorum prouisionis forma extant Bullæ Sixti IV. & Leonis X. & illa est ad Canonicum Theologum pro docendâ *Scripturâ,*

### Obligationes quadam speciales Præbendar. Indicorum. 289

Scripturâ, & Concionarium extensa. Est autem in Ecclesijs Indiarum speciale illud, vt concursus quidem ad huiusmodi Canoniticus fiat, præsentatio autem ad Regem pertineat, iuxta dicta *Titulo 1. Cap. 10.* speciale item est, quod multum fauori & negotiationi deferatur; cum tamen ut Præbendaria ista digniori dentur præfata Bullæ decernant, & ita ab Electoribus iuramentum exigitur. Sed cum neque Episcopi neque Capitularies verè & propriè eligant, sed de sufficientia iudicium ferant, reseruat Regi prouisione, non videtur decisio dictarum Bullarum vrgere, nisi quatenus in illis id, quod alias obligat, continetur. Et tale videtur potest secretum in suffragio ferendo, vt constare nequeat, cui delatum illud fuerit. Quamus neque illa obligatio generaliter talis sit ut mortale peccatum debeat semper illius violatio reputari. In electione quidem Prælatorum Regularium mortalem esse docet P. Suarus *Tomo 4. de Religione. Tractat. 8. Lib. 2. Cap. 5. num. 12.* sicut & in electione officialium; quia Concilium Tridentinum sic videtur indicare, dum debere fieri statuit per secreta suffragia *Sessione 25.*

*Conc. Trid. Cap. 6. de Reformat.* Ita ut singulorum eligentium nomina numquam publicentur. Per quod non solum secretum in ipsa electione seruandum decer- nit, sed etiam vt elector ipse, nunquam se prodat, ob inconvenientia, quæ ex eo possunt pul- lularie, odiorum, disensionum, & rixarum. Sed cum forma illa non sit omnibus electionibus communis, vt idem Pater adiurit *numer. 7.* sed Prælatorum: neque vbi verae aliorum electiones sunt, illius obligatio ex vi Constitutionis sub mortali esse potest, & sic multò minus in casu, de quo loquimur, vbi vero electio non est, sed quadam via ad illam. Quod ergo ad secretum attinet, aliunde penfundam est: ex inconvenientibus inquam, quæ ex illius possunt emergere fracione, & aliquando talia non sunt, vt propterea debeat grauis in eo culpa reputari. Ut quando omnes sibi persuasum habent talem Præbendarium pro tali oppositore dedisse suffragium, idque etiam oppositores alii. Quid enim noui tunc, si illud fateatur? Vnde cum P. Palaum *supr. num. 9.* iniquam & præjudiciale ostensionem vocat Schedularum reprobarum, quas quis secum defert, vt ostendat pro quo suffragium dedit, licet irritam non reddat electionem, vt ex Nicolao Garcia statuit sic docente *supr. num. 197.* non est de ostensione accipiens, vt est a nobis explicata, sed quando gravis possunt incommoda per- timeri; aut quando manifestatio est causa elec- tionis, vel fit consentiente Capitulo, vt tradit Thomas Hurtadus *Tractat. 12. num. 1640. 1652.* & 1654.

81. Iam quod ad obligationes in conscientia foro Canonici Magistralis spectat, vna illa esse videntur ut concionetur. Quando autem, confutudo, aut Episcopalis dispositio dictabit: vel certis designatis diebus, qui officia habeantur adnexi, aut qui singulari designatione, pro temporum opportunitate ac necessitate, ab Episcopo, aut ab eius Generali Vicario contingent. Et obligatio quidem dicta sub mortali est, propter onus officio adnexum, vnde & Episcopus compellere ad illud potest, censurarum etiam prolatione. Poterit autem Canonicus dictus per alium

*Theauri Indiis Tom. II.*

quandoque ministerium præfatum obire; non quidem designando Concionatorem, qui sine alio Præsidentium beneplacito concionetur; ad id enim minime se eius facultas extendit; sed bona eorum vénia requisita. Neque enim strictior est Magistralis Canonici obligatio, quam Parochi: hunc autem quandoque per alium id facere posse, quod ad eius munus pertinet, iam vidimus *Titulo 16. num. 4.* Licet autem ad gremium Ca- nonicale conducat, & ad illius decorum faciat, vt sine ex illo, qui prædicationis officio possint gra- titer & docte perfungi eorum tamen prædicatio non ita Christiani populi necessaria deprehen- dit, quia plus esse solet florida, quam robusta, vt in proverbiū abierit quasi Canonicum prædicare. Vnde vir lane insignis Alvarus Pizanius de Palacios Canonicus Scripturalis in Ecclesia Cordubensi, cuius mentio habetur in Decisione Rota ultimā apud Dianam *Parte 1. & profundæ Scripturarum intelligentia præclaræ extant ali- quot monumenta: cùm Hispali in Monasterio quodam Monasticu suggestum ascenderet, in quo magna solebat frequentia populorum audiri, sic est concionem auspiciatus: Nescio qua fronte predicatorus ascendo, & prædicatur Euangelium, quod modo audiūs, in quo Divi Præcursoris Ioannis prædicacionem nobis Ecclesia sancta representat: O Prædi- cator, & Prædicator! Ille vespere habens de pilis cameleriorum, & zona pelliæ super lumbos eius: Ego byssus indurus & sericeis. Illibatus locutus, & mel- lyluestris: mihi fercula varia ad delicias preparato. Ille ex deserto veniens: ege in medio habitans populorum, unde & dicere cum Euangelico Vate possam. Quia vir pollutus labiis ego sum: & in medio populi pol- luta labia habentis ego habito. Isaia 6. Ille à Deo missus: nam fuit homo missus à Deo, post longissi- mam preparationem: ego nescio quo spiritu dictus, si- ne preparatione dignus suffragio, de mundo rotus, ut tantum de mundo prompta sit ad loquendum facultas, iuxta Iohannis alterius effatum: Ipsi de mundo sunt, id est de mundo loquuntur, & mundus eos audit. 1. Ioh. 4. v. 5. Quomodo ergo non erubescam? Præ- dicabo tamen, & contra meipsum intencionem proferam. Hæc ille: quæ quidem non id est à me prolata, ut Canonicorum prædicacionem expungam, sias talium quos, tum alii ex caussis, tum etiam propterea præ- dicare oportet, quia ex illis assumi Episcopi solent, quod in hoc Regno continuat quadam successione perspeximus: Episcoporum autem primaria cura, iuxta Canonica instituta, in prædi- cationis debet digna exercitatione reponi.*

82. Potest autem non iustissiter queri quot dies Canonico Magistrali concedendi, quan- *Quot dies ille con- sideri ha- bituro con- cionem.*

dint se Concionatorem, ita quibus pro- presenti in diuinis Officiis habeatur? Circa quod P. Thomas Sancius *Liber. I. Consil. Cap. 2. Dub. 107.* videtur supponere sex esse posse, sic enim ibidem inquit: *An Concionator, cui dantur sex dies præ- dentes Concionem, ut posse abesse luctans distribu- tiones, possit illis diebus adesse, & loco illorum alius frui.* Quod quidem ille negat, & merito. Ex suppo- sitione autem ipsa apparet concessionem illam esse nimis laxam: si enim adesse illis sex diebus potest, non sunt ergo ad Concionem necessaria. Et mihi quidem ita videtur; quia cum pro huiusmodi Concionibus longa spatia præparationis antecedant: non est adeo larga indulgen- *B B B*

*qua nece- saria.*

*Quid vita insipiens ex illis de co- rum prædi- catione sentiret.*

tia necessaria; unde iudico sufficere Vesperam dici, in quo habenda concio, integrum, quo habetur, diem & Horas sequentis matutinas. Quod si Concionator plus aliquid exigat, indulgendum ipsi, qui circa hoc suam debet conscientiam conuenire. Neque videtur illi ruta, si cum potuerit Concionem opportunè disponere, id in proximos dies consultò reicit, indulgentià prædicta fruiturus. Si autem id bona actum fide, non est cur circa obligationem aut non accipiendi, aut restituendi distributiones acceptas stimulatur. In his enim bona fides attenditur, vt in casu alio dictum à Bonacina *Disput. 2. de Officio diuino. Ques. 5. Puncto 4. num. 16.* & à pluribus apud Barboſam in *Remissionibus ad Tridentinum Sessione 24. Cap. 12. §. Signarus.* Et standum consuetudini, à Dom. Machado Tomo 2. pag. 193. col. 1. in fine.

### De Canonico Scripturario.

*Mias mu-*  
*nus.* **83** **I**llius est munus, Ecclesia, in qua est institutus, iura defendere. Ecclesia autem nomine Capitulum etiam venit, cuius & iuribus defendendis, licet contra Episcopum agatur, debet operam sedulam adhibere. Quod quidem si non faciat, peccat mortaliter, quia officio suo deest in materia graui. Sed dubitari potest an sit obligatus ad restitutionem: videtur enim obligatio dicta, etiā graui, non tamen onus illud Cathedra peculiaris sit, quam certis debeant adire temporibus, qui gradus sunt in Theologia quilibet obtenturi? Id equidem, vt Episcopi cum Capitulo circa hoc deliberent ne titulus iste sine substantia sit. Consilium enim Capituli circa hoc adhibendum ex Concilio Tridentino habetur *titulo Capite*: neque enim si serio id agatur, modus deerit vt competens audientium numerus colligatur. Quod si deliberatione habitâ, & mediis adhibitis res non ex voto succedat, vacabit ab ea functione Canonicus, sicut Doctoralis vacat, quando nihil, quod defendi aut promoueri oporteat, occurrit. Neque enim Canonicus talis panem gratis comedet, quandoquidem sicut alijs ad assistentiam est in diuinis obligatus. Non est autem penitus abiencia cura, eo quod semel deliberatione habitâ nihil est obtentum, sed pro temporum opportunitate id de nouo præstandum, quod ad finem à Concilio intentum conducere videatur.

*Statutum illa.*

*P. Lessius.*

*Quid pro Indici.*

Indicos ex eo peccare frequentius acciderit, quod Episcopis se contrarios ostendere vereantur, qui ob valissimam ab Apostolica Sede distantiam, plus sibi quam oporteat solent assumere potestatis. Sed conscientia negotium humanis timoribus prehabendum.

### De Canonico Doctorali.

*Ex defectu an obligatio restitu-*  
*tionis.* **83** **I**llius est munus, Ecclesia, in qua est institutus, iura defendere. Ecclesia autem nomine Capitulum etiam venit, cuius & iuribus defendendis, licet contra Episcopum agatur, debet operam sedulam adhibere. Quod quidem si non faciat, peccat mortaliter, quia officio suo deest in materia graui. Sed dubitari potest an sit obligatus ad restitutionem: videtur enim obligatio dicta, etiā graui, non tamen onus illud Cathedra peculiaris sit, quam certis debeant adire temporibus, qui gradus sunt in Theologia quilibet obtenturi? Id equidem, vt Episcopi cum Capitulo circa hoc deliberent ne titulus iste sine substantia sit. Consilium enim Capituli circa hoc adhibendum ex Concilio Tridentino habetur *titulo Capite*: neque enim si serio id agatur, modus deerit vt competens audientium numerus colligatur. Quod si deliberatione habitâ, & mediis adhibitis res non ex voto succedat, vacabit ab ea functione Canonicus, sicut Doctoralis vacat, quando nihil, quod defendi aut promoueri oporteat, occurrit. Neque enim Canonicus talis panem gratis comedet, quandoquidem sicut alijs ad assistentiam est in diuinis obligatus. Non est autem penitus abiencia cura, eo quod semel deliberatione habitâ nihil est obtentum, sed pro temporum opportunitate id de nouo præstandum, quod ad finem à Concilio intentum conducere videatur.

### De Canonico Pœnitentiariori.

**85** **O**fficium hoc in Ecclesiis Cathedralibus ex Decreto Concilij Tridentini processit *Sessione 24. Cap. 8. de Reformat.* Vbi sic habetur: *In omnibus etiam Cathedralibus Ecclesiis, ubi statutum id commode fieri poterit, Pœnitentiarius aliquis cum visione Præbende proxime vacante ab Episcopo institutus, qui Magister sit vel Doctor aut Licenciatus in Theologia, vel Iure Canonicō, & annorum quadraginta, seu alijs qui aptior pro loci qualitate reputari: qui dum Confessiones in Ecclesia audiet, interim præfens in Chora censeatur. Sic Concilium.* Quod autem Præbenda dicta per concursum danda sit, ab Urbano est Octauo dispositum, & ita in Hispania, & in Indiis, licet non in omnibus Ecclesiis, practicatur. Habet autem Pœnitentiarius dictus

### Obligationes quedam speciales Præbendar. Indicorum.

*Est eo ipso approba-*  
*tu. Et pro-*  
*babile ha-*  
*bere casus*  
*Episcopis*  
*reformatos.* **d**ictus ex vi prouisionis sua absolute approbationem, vt possit Diœcesanorum omnium Confessiones atidire. Quod autem ex vi illius non habeat casus referatos Episcopis, cum multis probat Diana Parte 9. Tract. 8. Resolut. 11. 12. nisi vbi fuerit legitimè probata consuerudo. Oppositum autem est probabile. Et quidem tantus sufficientia & auctoritatis apparatus, qualis à Concilio in Pœnitentiariori requiritur, ad aliquod speciale ministerium videtur destinatus: quale non est ordinaria audiendi Confessiones facultas, quæ cilibet mediocriter instructo Clerico concedi solet, quales multi in Cathedrales confluent. Neque quod ex officio id habeat tanti venit estimandum, quia pro eo etiam Parochi sine prefatis requisitis adlunt. Nullum ergo apparet aliud præter dictum: vt sit quidem qui præfata habeat, & ad quem etiam pro absolutione à referatu possit recursus haberi, ne Diœcesani cogantur semper Episcopuni adire, quod non facile esse solet. In qua Summi Pœnitentiariori similitudo seruat comparatione Pontificis, licet in isto circa multa alia potestas inveniatur. Quæ quidem ratio magni effet profecto momenti, nisi sacra Congregationis Cardinaliū Declarationes viderentur obstat. Illud certius Pœnitentiarium ad aliam Præbendam assumptum, approbatum ad audiendas Confessiones Diœcesanorum omnium remanere, sicut Parochi dimissi officio, iuxta probabilem sententiam, pro qua Autores apud Dianam Parte 1. Tract. 11. Resolut. 8. & Parte 5. Tract. 12. Resolut. 47. Et in Pœnitentiariori quidem ratio videtur esse maior, quia illius sufficientia illustrioribus testimonis innititur, secundum qualitatem eorum, quæ pro huiusmodi Præbendâ requiruntur. Vnde & qui tempore Paschæ eidem constitutus, præcepto Ecclesia satisfacit, vt declaratur sacra Cardinalium Congregatio, quæ est ultima circa Cap. citat. Approbatio autem sine iurisdictione intelligenda est, sicut de Parochis Doctores notant, dum à Parochis alijs ad audiendas Paracianorum Confessiones adhibentur, & generaliter de approbatione sine speciali ouium designatione, & ita à Parochis delegari illis iurisdictio potest, & per Bullam Cruciatam aut Iubilatum eligi.

*Circum di-*  
*sributio-*  
*nun lu-*  
*erum ad-*  
*missarum*  
*aliqua.*

**86** Et lucrari illum distributiones posse, dum Confessiones in Ecclesia audit, iam ex Concilio vidimus. Circa quod Primò adnotandum id, quod de Canonico Magistrali. num. 82. dictum; non posse scilicet illum præparationem Concionis in dies proximos eidem ex industria reicere, vt sic illos habeat cum lucro à labore Chori feriatis: ita & Pœnitentiariorum non posse tutâ conscientia Confessionum auditionem, quæ præmitti commode potuit aut differri, tempori assistentia seruare. Licet possit sedere expectans, vt ait Trullench Lib. 1. Cap. 8. Dub. 12. §. 2. numer. 1. Secundo, Quod licet Concilium de Confessionibus in Ecclesia audit loquatur, id non debet ad Ecclesiam Cathedralem artari, quia expedire poterit vt alibi audiatur. Immo neque necessarium esse in Ecclesia audiri; quia infirmus vocare Pœnitentiarium potest; & cum id ad eius munus pertineat, propter quod, dum in Ecclesia audit, præfens habetur, idem est de casu dicto, & similibus dicendum. Vnde circa hoc non est

*Theauri Indici Tom. II.*

audiendus Trullench *suprà* id negans. Sed Dom. Mochadus post hæc scripta visus *suprà* pag. 190. Col. 1. Posita est autem auditio in Ecclesia, quia ibi ordinaria esse auditio solet. Quemadmodum Bonifacius Octauus in adducta tæpius Constitutione de Clericis non residentibus, tres caussas exceptit, propter quas licet absentibus distributiones quotidiana obtinere; nec ramen propter alia sunt rationabiles excludenda, vt aduerit Bonacina *Disputat. 2. de Officio Quæst. 5. Puncto 6. num. 4.* Addo insuper Pœnitentiariorum in Indiis debere lingua Indorum callere, quia generalis Confessarius est, & in oppositione hoc attendendum, vt ceteris paribus in lingua peritior præferatur. Quod equidem & in Magistrali deberet attendi, quia generalis magister est, & ad illos eius magisterium oportet extendi, qui Indianarum portio præcipua sunt, & qui illo maximè videntur indigere. Videantur diuersæ Declarationes sacre Congregationis Cardinalium circa Pœnitentiariorum ad citatum Caput, & præsertim responsio ad Episcopum Abulensem iuxta quam debet Pœnitentiariorum pro fructu Declarationis peccata confiteri voluntum, aſſtere certis horis oppor-  
Card. circu-  
tunis in loco & Sede, pro Episcopi, ad quem hoc spe-  
ca locum,  
stat, arbitratu. Et videndum etiam Zerola. Verb.  
Pœnitentiariorum.

### De Scholiarcha, & Cantore.

**87** **D**e illis sic in Limensi Concilio *Act. 3. Pro illis Cap. 29.* Cum Beneficium detur propter Decretum. Officium, munusque Scholastriam obtinentis in Cathedralibus sit docere litteras, Cantoris vero canum Ecclesiasticum. Cumque tam Concilij Tridentini Generalis, quam Superioris Provincialis, id fieri Decretu sanctum sit: statutum in nostrâ Provincia posthac, vt Scholastriam perlegat Lectionem, quam ei suis Prelatis indexat, & Cantor doceat rationem cantus: idque uterque exequatur intra decem dies, ex quo statutum noritiam ceperit. Quod si in Seminario puerorum eriendo suo fungantur munere, eo ipso sint liberi à contributione prodicio Seminario. Hæc Concilium, de quibus Concilium Limense Secundum Sessione 2. Cap. 75. Concilium autem Tridentinum circa Scholiarcham *Sessione 23. Cap. 18. de Reformat.* de Seminarij erectione, sic statuit: Deinde, vt cum minori impensis huiusmodi Scholis in situendis prouideatur, statutus sanctorum Synodus, vt Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & alij locorum Ordinarij, Scholasterias obtinentes, & alios, quibus est Lectionis munus annexum, ad docendum in ipsi scholis instituendos, per se ipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneos substitutos, ab eisdem Scholasticis eligendos, & ab Ordinariis approbandos, etiam per subtractionem fructuum cogant & compellant. Quod si iudicio Episcopi digni non fuerint, alii, qui digni sunt, nominent, omni appellatione remoti: quod si neglexerint, Episcopus ipso depuet. Docebunt autem prædicti quæ videbuntur Episcopo expedire. De cetero vero Officia, vel dignitates illæ, quæ Scholasterie dicuntur, non nisi Doctoribus, vel Magistris, aut Licentiatis in sacra pagina, est in iure Canonicō, & alii personis idoneis, & qui per se id munus expletant, conferantur: & aliter facta prouisio nulla sit, non obstantibus quibuslibet privilegiis & conjectudinibus, etiam in memorabilibus. Sic ibi.

*B B B 2. In*